

1705  
1. Meiss. Tracyus. *Surgens: De jure et processu uscicart  
inquisitoris auctoritatis privilegii.*

2. Strut, Iacobus Philippus. *Aberratio iuris processu-*

*ris juri iustitiae individua sufficiencia liberis  
questionum obiectiorum.*

2. Strut, Iacobus Philippus. *De legi liberae hypothese.*

*In lege parentum*

3. Strut, Iacobus Philippus. *De regulato iuris processu.*

*De sum testamento questione parentis iuxta liberos  
et novem prae examinatam.*

4. Strut, Iacobus Philippus. *De iusticie publica.*

5. Tongell, Iacobus. *De jure processu ordinari  
et summario.*

6. Strut, Iacobus Philippus. *De celiione, que ex mala  
numeris et iniuriantibus impedit.*

1705.

1. Streit Winerp, Iosephus Mathias: De Jolo, calpa et eorum  
prohibitio

1706.

1. Guettlerus, Fractus: Re primitius absolucionis

2. Streit, Ioseph. Phil: De commercio humanae scie  
veri contractibus

3. Streit, Ioseph. Philipp: De vices curiosos

4. Streit, Ioseph. Philipp: De coquendis cibis ~~et~~  
magistrorum gebouren instrumentis.

5. Streit, Ioseph. Philipp: De ~~coquendis~~ <sup>antidicendis</sup> cibis no-

6. Streit, Ioseph. Philipp: De quaestuoribus quarebus

1707.

1. Streit, Ioseph. Philipp: De mendaciorum pacato

2. <sup>a+b</sup> Lantensart, Dr. Jules Goergen: Specimen f. m. primitivi  
alderen en capitulos de juro del coro d' pactos
3. Meier, Iohannes Henricus: De veterum i. colligis  
praecepsalibus. Van Vergang collegiaalderen Stimmun.
4. Meier, Iohannes Henricus: De testamentariis usum  
biti et iurisdicti, nec non de legitima contractione  
ex l. pen et. all. C. Seculus 1. s. H. 2. foli.
5. Meier, Iohannes Henricus: De co. quoniam pro jure  
fit.
6. Schreit, Dr. Philippus: Questiones ad fid. ff.  
se quæstionibus.
7. Treiber, Dr. Philippus: De legi et iurisprudencia  
personum. Van Goergen van Sperlings und zu ersten
8. Treiber, Dr. Philippus: De differentia inter les qualiter  
et qualiter fides

1. Ziegler, Protopsaltus Kursus: De rebus et diuinito

1708

1. Hartig, Kursus Rerum: De jure ante unius

2. Læsser, Tractat. Quod: Prostern processus victimæ  
in expensis consummatam

3. Meier, Iohannes Henricus: De rescriptis summi profe-  
ciphis et magistratus inferiores ratiōne Rāys  
cum Befehlskripten.

4. Meier, Ioh. Henricus: De absolutissime innocentia  
et delicto.

5. Strotz, Ioan. Philippus: De combustionibus  
principiis causisque interpretatione

1708


6. Trüber, Ioseph Philippus: De protestationibus infra-  
riores. Von denkbarer Kritik geprägt.

7. Trüber, Ioseph Philippus: Rhapsodicae mundanis  
in folle responderet.

8. Ziegler, Rudolphus Kursa: De canticis visitatiori-







5246

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA

1705, 2

3

DE

# LEGALILIBERORUMHY- POTHECA IN BONIS PARENTUM,

*Quam*

DEO TER OPT. MAXIMO

PRÆSIDE,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

REVERENDISSIMO & ILLUSTRISSIMO DOMINO;

D O M I N O

# PHILIPPO WILHELMO,

S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO

& CAMERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLE-  
SIARUM MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CANO-

NICO CAPITULARI SENIORE,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORIIQUE

EFFURTENSIS PRO-PRINCIPE, &c. &c.

PRO-RECTORE MAGNIFICO,

# DN. JOANNE PHILIPPO Streit / J.U.D.

REGIMINIS ELECTORALIS MOGUNTINI CONSILIARIO,

& FACULT. JURID. p. t. DECANO,

AUTHORITATE & CONSENSU

MAGNIFICI & AMPLISSIMI JCOTORUM ORDINIS

IN PERANTIQA HIERANA,

PRO

*Summis in Ulroque Jure HONORIBUS ac PRIVILEGIIS ritè consequendis,*

*Solenni ac placida Eruditorum Disquisitioni submittit*

HIERONYMUS MELCHIOR Schneider/ alias Weismantel/

Ordinis Senatorij in hac Praefectura Provinciali Praefectus Primarius,

IN AUDITORIO JCOTORUM MAJORI,

*Ad diem 27. Augusfi, 1705. horis confuetis.*

ERFORDIÆ, excudebat JOH. HENR. Grotsch / Acad. Typogr.

11.





## PRÆLOQVIUM.

 *On arctius dari vinculum, unde  
societas civilis plus subsidij atq;  
commodi promittere sibi queat,  
quād si sarta testa servetur  
obligationum naturalium pari-  
ter atque civiliū fides, nemo  
facile inficias ibit, aut in dubium vocabit. Funda-  
mentum Justitiae, ait Romanorum sapientissi-  
mus Cicero Lib. I. Offic. c. 7. fides est, id est, di-  
ectorum conventorumque constantia & veritas.  
Fide enim abrogatā, uti censet Livius Lib. IX.  
Dec. 1. Omnis humana societas tollitur. Et acuti  
Senecæ judicio Epist. LXXXVIII. Fides sanctissi-  
mum humani pectoris bonum est, nullâ necessi-  
tate ad fallendum cogitur, nullo corrumptitur  
præmio. Atque illius multis retrò seculis ma-  
iores nostri (quos Historicorum Princeps Tacitus*

de Morib. German. c. XIX. §. 6. hoc ornat encomio, plus apud eos bonos mores valuisse, quam alibi bonas leges,) tam studiosi, tam observantes fuere, ut exterè etiam & alienæ nationis gentes fideli Germanorum præ ceteris omnibus plurimum tribuerent. Exemplo sunt Frisorum duces, Verritus & Maloriges, qui Romanam venientes, postquam adverterunt quosdam cultu externo in sedibus Senatorum; & quinam forent rogantibus, audiuerè, earum gentium legatis id honoris datum, qua virtute & amicitia Romanâ præcelerent; Nulos mortalium armis aut fide ante Germanos esse exclamant, degrediunturque & inter Patres confidunt, referente jam landato Scriptore Lib. XIII. Annal. c. 54. Verum cum lapsu temporis ab illâ morum integritate atque sincerâ fide ad vitiorum fraudumque devia passim deflecteretur; necessitate sic exigente, validiora securitatis remedia à Legislatoribus inventa sunt & adhibita. Et ne quid desideraretur in Legibus, unde sufficiens robur acciperent obligationes; requirebantur pignora, juramento firmabatur promissa fides, postulabantur fidejussiones, permetabantur retentiones, & in quorundam favorem legales

gales cautiones. Ut etiam intemperata maneret fi-  
des inter eos, quos arctis simè conjunxit natura, nec  
ullus parentes inter E⁹ liberos litigis relinquere-  
tur locus, per l. 4. ff. de Judic. & l. 7. de Obli-  
gat. & A⁹t. Prowida Imperatoris cura liberos quo-  
que contra omnes anteriores Creditores ejusmodi  
Cautionibus, ex speciali Privilegio, gaudere voluit  
L. 8. §. ult. Cod. de secund. Nupt. L. 2. Cod. Quan-  
do mul. offic. tut., l. 6. & 2. Cod. in quib. caus.  
pignus vel hypotheca. L. 12. C. qui potior. in pi-  
gnor. Quarum usus E⁹ præstantia cum in foro  
frequenter se exerat, pauculas Theses de Libero-  
rum hypotheca legali in bonis Parentum com-  
petente, pro ingenij modulo conscriptas, loco Spe-  
ciminis Inauguralis, Eruditorum examini expone-  
re, atque sub Disputationis incudem mittere con-  
stitui. Tu vero, Lector benevole, conamini fave,

E⁹ si quid forte erratum, quod humana pa-  
rum carit industria, aequiori animo  
interpretare. Ut itaq; eveniat  
FELICITER, sit

CAPUT I.

*De significatione Vocabulorum, quid sit legalis  
hypotheca & in quorum bonis competit.*

§. I.

**N**E illotis manibus, ut ait *Gajus L. 1. ff. de*  
*O. J.* opus nostrum aggrediamur, aut  
absque sufficienti terminorum declaracione  
anceps & dubia relinquatur res ipsa, sed quæ  
in rubrica exhibetur, satis innotescat; singula inscriptio-  
nis Thesum nostrarum vocabula ut enucleemus, eo-  
rumque sensum dilucidius exponamus, & methodi ratio-  
& in Scholis recepta consuetudo exposcit.

§. II.

Diximus autem in rubro, hypothecam legalem libe-  
ris in bonis parentum competere. Parenem nomine  
[ qui juxta Vossij Etymologicum Rom. f. 371. à pariendo  
dicuntur, more Græco, quibus similiter vocantur τονες à  
τυντω, pario ] & pater & mater vulgo veniunt : verum  
in jure Civili hac appellatione non tantum Pater , sed  
Avus etiam & Proavus ; ac deinceps omnes Superiores ;  
Mater item, Avia & Proavia, L. s. de V. S. vel, ut brevi-  
bus exprimamus, Parentes utriusque sexus in infinitum  
denotantur. Nam Caij Caffij sententia, rejecta, quam  
Pomponius refert, Veterum existimatione , qui Parentes  
usque ad Tritavum appellari , Superiores Majores dici  
ajunt.

ajunt, L. ult. §. 7. de grad. tanquam honestior obtinuit,  
teste Ulpiano L. 4. §. 2. ff. de ius voc. Atque hæc de  
utroque parente ita promiscuè intelliguntur, nisi subje-  
cta materia genus & sexum discernat. Nam cùm de  
alendo partu, aut profectitia dote, aut de posthumis, aut  
paternâ potestate quæstio est, discreta juris ratio non  
sinit, ut ea ad sexum fœmineum applicentur. Idem se-  
xus ordinariè excluditur, cùm de parentibus adoptivis  
incidit quæstio. §. 10. Inſt. de adopt.

## §. III.

Adhæc Parentibus, in quorum bonis liberihypo-  
thecam habent, adnumerantur Socer æq; ac Vitricus, ver-  
nacula nostrâ der Schwieger-Vater / der Stieff-Va-  
ter: Hic in casu L. 6.C. in quibus causis pignus vel hypothec.  
zac. contr. add. Berlich. p. 1. Concluſ. 67. num. 82. Neguf. de  
Pignor. M. 4. num. 156. ille verò ratione cauta & non nu-  
merate dotis. Quæ acceptiones hujus loci sunt. Alio  
sensu secundūm jus Feudale Parentes dicuntur, proximio-  
res agnati, L. Feud. 24. ibi: non revocetur ab ullo ex Paren-  
tibus, i. e. agnatis suis, it. 2. Feud. 33. verbis Pafallus juret  
cum sex Parentibus.

## §. IV.

Porrò in Constitutionibus Principum videmus, Im-  
peratores. Antecessores suos, ne quidem agnatione aut  
firpe sibi junctos, Parentum titulo venerari. Sic in L. un.  
C. ne liceat potentioribus &c. Diocletianus & Maximinianus  
Claudium, & in L. ult. C. si advers. fift. restit. post. Di-  
vum Marcum Parentes suos nominarunt. His gemina,  
vide apud Connanum lib. 8. cap. 5. num. 1. Romulus quo-  
que ad levandas Imperij curas, centum creavit Senatores,  
qui

qui *Patres* ab honore, *Patricijque* progenies eorum appellati, teste facundissimo rerum Romanarum Scriptore *Livio Lib. I. c. 8.* Non unus quidem omnium fuit honor, non una dignitas, uti notat *Rosinus Lib. VII. Antiquit. Rom. ad Cap. V. Paralipom. p. 1097. seq.* nam nonnulli adlecti appellabantur, alij *conscripti*, de quibus *Tacitus XI. Annal. c. 25.* iisdem diebus in numerum *Patriciorum ascivit Caesar vetustissimum quemque ē Senatu*, aut quibus clari *Parents fuerant: paucis jam reignis familiarum*, quas *Romulum majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverant.* Alleatos autem in Senatum à *L. Junio Bruto*, & *P. Valerio Publicola* primis consulibus, post pulsos Urbe Reges, *Patres conscriptos* vocitarunt. *Conf. Liv. lib. 2. c. 1.* similiter Consiliarij Principum, *Patricij, Patres Reip. & ipsius Principis* vocantur. *DD. in §. 4. Inst. quib. mod. ius Patr. pot. solv.* Quod obiter hic adduxisse sufficiat.

## §. V.

*Liberorum* (à libertate, quatenus servituti opponitur, nuncupatorum) appellatione *I. 220. de V. S. Callistratus, Nepotes, inquit, & Pronepotes, ceterique qui ex his descendunt, continentur: Hos enim omnes liberorum appellatione *L. XII. tabb.* comprehendit. Toties enim leges necessarium ducunt, in cognatione singulorum nominibus usi, veluti *Filii, Nepotis, Pronepotis, ceterorumque qui ex his descendunt, quoties non omnibus, qui post eos sunt, praestitum voluerint; sed solis his succurrerent, quos nominatim enumerarent.* At ubi non personis certis, non quibusdam gradibus praestatur, sed omnibus, qui ex eodem genere orti sunt; liberorum appell-*

¶ 9. §.

appellatione comprehenduntur. Et Ulspianus in L. 56. S. 1. de V. S. dicit: Liberorum appellatione continentur non tantum qui sunt in potestate, sed omnes qui sui juris sunt, sive virilis sive foemini sexus, exinde foemino sexu descendentes. Quocum consentit Paulus L. 84. de V. S. qui Filij appellatione omnes liberos intelligit. & S. ult. Inst. qui Testam. Tur. In Jure Feudali autem per Filios intelliguntur omnes descendentes. Baldus in Cap. Que in Ecclesiast. X. de Constitutionibus. Quod verò in S. ult. Inst. Qui Testam. Tur. dari possunt, non Nepotes, sed tantum posthumi per Filios denotentur, non ex proprietate verborum, sed ex praesumta voluntate Testatoris accipi debet. arg. L. 17. ff. de Leg. 1. Cæterum vox Liberi plurali numero fem. per profertur, sicut & Pugillares & Codicilli. Quo multitudinis numero antiquos oratores, historiaque aut carminum scriptores, etiam unum filium filiamve liberos appellasse, docet A. Gellius L. 2. Noct. Attic. c. XIII. Gajus L. 148. de V. S.

§. VI.

Vocabulum Hypotheca, Græcis ἡποθέτην, quasi obligacioni suppositum, dicitur ab ἡποθέτη, hoc est, supponere, unde rubr. illa ff. de rebus eorum, qui sub tutela vel curâ sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis. Ubi Participium illud supponendis æquipolleat Participio obligandis, uti clarè exponit rubrica C. de pradiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis vel obligandis. Ut ita hypotheca accipiat pro re ipsa in securitatem crediti creditori obligata, & hujusmodi obligationi ve- luti supposita, t. t. ff. & C. de distract. pign. & hypoth. Hinc Creditor quidem ἡποθέτη, obnoxium sibi reddere, debitor

B

debitor *Caro' fidei*, obnoxius fieri dicitur, ut ex Aeschine & Demosthene probat Budaeus annos, prioribus in Pandectas. Alio significatu sumitur pro ipsa rei obligatione, nexus & jure in re, creditori in securitatem crediti constituto & acquisito. Prior hujus vocabuli acceptio vel *laetior* est, omnes hujusmodi res obligatae, mobiles & immobiles, creditori licet traditas, comprehendens. Quo sensu accipi debet *Cti Marciani l.5. §. 1. ff. de pignor. effatum*, Pignus autem & hypotheca tuncum nominis sono differunt; quod potissimum effectivè verum est, & quantum ad actionem hypothecariam attinet, ut loquitur *Jusfinianus* in §. 7. *Instit. de Action.* Vel *strictior*, quatenus hypotheca sumitur pro re, sine illius traditione in securitatem crediti obligata, *d. §.* Prior loquendi usus latissimâ suâ significatione in statutis locorum frequentissimus est.

## §. VII.

Legale seu tacitum pignus, ein stillschweigend Urserpfand / est, quod ob justam rationem juris dispositione inducitur. Justa autem ratio, quâ Legislator moveret, est in primis 1. præsumpta civium seu contraheatum voluntas, 2. Specialis creditorum, quibus debetur, conditio atque favor. 3. Singularis causæ vel debiti favor. *Struv. Exerc. 26. tb. 13. add. Negus. part. 2. m.* 4. Legalem itaque hypothecam, de qua hic nobis sermo est, sive quis tacitum, sive legale pignus dicat, parum refert. Licet enim *Frantzkius in Comment. ad ff. de Pigo. num. 31.* differentiam inter legale & tacitum pignus moliatur, legale nuncupando, quod sola Legis autoritate, nullo hominis facto interveniente; tacitum vero, quod ex facto aliquo propter præsumptum consensum, à Lege constituitur; licet, inquam,

inquam, ista speciosè & melioris discriminis atque descendì ergo proponat; negari tamen non potest, promiscuum ictarum vocum usum in jure Romano reperiri. L. 6. §. fin. C. de bonis que lib. I. un. §. I. C. l. un. d. R. II. A. Vid. Bachovius Tr. de pignor. L. 2. c. 4. Sed ne instituti nostri immemores, diutius his immoremur, hypotheca nostra describi potest, quod sine bona parentum, in securitatem liberorum peculij, quod vel administrant, vel ejus usum fructum habent, singulariter obligata. Vel hoc modo: Est jus speciali Legis provisone pro securitate liberorum peculii, cuius usum fructum parentes habent, illudē ad ministrant, in bonis parentum singulariter constitutum.

## §. VIII.

Verba hæc: *in bonis esse*, variè usurpantur. 1. Strictè, de solis rebus corporalibus, quæ actu nostræ sunt, L. 49. de V. S. §. ult. *Inquit, de vi bonor. raptor.* 2. Latius, de omnibus rebus corporalibus & incorporalibus, ut actu nostræ sunt. 3. Latissimè, de omni eo, quod est in patrimonio privatorum, sive sit res corporalis sive incorporalis, sive nostra sit actu, sive ita tantum comparata, ut nostra esse possit. L. 1. pr. de rer. divis. adeoque *in bonis nostris computari, sciendum est, non solum quæ dominii nostri sunt, sed & si bona fide à nobis possidentur, vel superficiaria sine.* *Aequè bonis adnumerabitur etiam, si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus: namque hec omnia in (Parentum) bonis esse videntur.* Ulpianus L. 49. de V. S. Et haec ratione bonorum appellatio, sicut hereditatis, universitatem quandam ac jus successionalis, & non singulares Res demonstrat, L. 208. de V. S. & quando glossa in L. 5. pr. ff. pro derelict.

L. 2. §. 22. in hac actione. ff. de vi bonor. rapt. dicit, in bonis esse idem est quod in dominio esse, ita intelligendum putamus, ut quod est in Dominio sit etiam in bonis, non vice versa, quod est in bonis, sit etiam infallibiliter in Dominio. In bonis enim nostris quid est, licet revera nostrum non sit Gai. 2. O. 26. n. 3. Nam referente Horatoman, si Civis Romanus à Cive Romano servum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in jure cessus, neque ab ipso anno possessus, quamdiu horum quid non sit, is servus in bonis quidem emptoris est, ex Jure Quiritum tamen est adhuc venditoris. In hoc verò in bonis esse cum Dominio convenit, quod inde aquae actio in rem nobis competit. Nam rem in bonis nostris intelligimus habere, quoties possidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandam eam actionem, aut ejus retinendae exceptionem habemus. l. 15. d. R. J. l. 52. de acq. rer. dom. l. 143. d. V. S.

## S. LX.

Persecutiones autem, quarum præced. §. mentio facta, in Jure nostro speciali nomine vindicationes & petitiones appellantur. Quarum una directa, altera utilis est. Directa ei tantum datur, qui sit Dominus vel Jure Gentium vel Jure Civili l. in rem 23. d. R. V. Nam cum rei vindicatio, sicut & ceteræ actiones omnes, detur à Prætore, & Prætor duplice dominij differentiam agnoscat, unam bonitarij, alteram quiritarij, quam tota etiam versus Jurisprudentia agnoscit; consequens est, ut ex hac quoque duplice causa det vindicationem, Domino scilicet Quiritorio & Domino bonitario: qua bonitarij appellatione continetur, quisquis Dominus est, sive Jure duntaxat Gentium, sive ex auctoritate Prætoris, qualis est bonorum.

bonorum possessor, l. i. ff. de bonor. p. ff. Item is, cui ser-  
vus ex causâ noxali addictus fuit, l. 2. §. ult. ff. si ex noxal.  
causa ag. rursus is, qui ex causa damni infecti missus est in  
possessionem, l. i. ff. de fund. dotal. Utilis è contrario  
non ex causa Dominij vel bonitarij vel quiritarij, sed ex ju-  
re, quod quis habet in re alienâ, cum jus tale est, ut non  
posit ab eo invito auferri, non magis quam si cum pos-  
sessione dominium conjunctum inveniretur. Tale jus  
habet Emphyteuta, Superficiarius, Vasallus, & qui sunt si-  
miles. Imò utilis vindicatio, datur etiam ei, qui nullo  
jure dominus sit, id est, neque Gentium neque Civilii Ju-  
re, quamvis non nisi ex justa causa, ejusmodi est Publici-  
na, quæ contra injustum possessorem datur ex Edicto  
Pratoris ei, qui rem alienam bona fide usucapere coepe-  
rat, quasi usi coperit, quamvis nondum impleta sit usuca-  
pio, §. namque 4. Inst. de Action. Fabri Conjecturarum  
lib. 20. cap. 11.

## §. X.

His suppositis, liceat mihi, quod *Ulpianus de vi bonor.*  
*raptor.*, in l. 2. §. 22. afferit, sano sensu huc applicare: In hy-  
pothecariâ nostra liberis competente actione, non utique  
spectamus rem in bonis Parentum esse, sed sive in bonis  
sit, sive non sit, tamen ex bonis locum habebit hæc actio  
hypothecaria. Quare tota Parentum substantia, res mo-  
biles & immobiles, corporales & incorporales, res que-  
omnes, quas non auferri propter jus circa rem, Paren-  
tum interest, legali hoc pignoris nexu constringuntur.  
Sic servitutes pignori obligatae sunt, *Bach. Tr. de pign.*  
l. 2. c. 6. & 7. ex æquitate quoq; pignus nominis sustine-  
tur. *Bach. d. l. c. 8.* Sic Parentibus pignoratam rem libe-  
ria, quoque pignori dare placuit, l. i. C. si pignus pignori  
datum

B. 3:

datum

*datum fuerit, ita ut qui jus dicit secundum Creditorem, id est, liberos, ex hac L. tueatur. Et quamvis ipso jure pignus hoc non subsistat, quoniam obligatio in liberos à personā debitoris haud potest transire, & nihil actum est inter debitorem & liberos, quibus pignus aut hypotheca hæc obligata est, quod pluribus in Tr. de pign. c. 3. persequitur Hottomannus ; ob utilitatem tamen liberorum id quoque admissum est hoc modo, ut jus, quod liberis in re Parentibus hypothecata constituitur, non diutiū duret, quām jus ipsorum Parentum, quibus, si Dominus rei pignorata pecuniam solvat, jus liberorum protinus exspirat. l. 40. §. ult. de Pign. act. Durante autem jure Parentum, tuerit is, qui jus representat, liberos non tantum per retentionem, sed etiam datā ei persecutione, d.l. 40. §. ult. nimirum utili actione hypothecaria d.l. i. C. si pignus pignori dat, adeò quidem, ut, non solutā sibi pecunia, liberi pignus vendere possint, ordinario effectu, ut venditione perfecta, Dominus rei op-pignoratae offerendo pecuniam venditionem retractare & rem ad se revocare non possit, d.l. i. C. inf. Cœteroquin antè solvendo pecuniam debitor primus impecdit venditionem, & omnino liberat pignus, & quidem si solvat, quantum ipse debet Creditori suo ; non verò necesse habet ut solvat, quantum Parens liberis debet, quia cum nexus liberorum pendeat à nexū Parentum, hoc soluto, illum quoque solvi oportet, ne alias iniqua conditio Domino rei, debitori primo, inferatur. Bach. Tr. de pign. l. 2. c. 9.*

## §. XL

Mercatorum quoque liberi in Parentum suorum  
Taber-

Tabernis legalem suam obtinent hypothecam: quæ & quadantenus sapit naturam hypothecæ generalis, quoniam non ita afficit res singu-as tabernæ, quod minus possint liberè & sine onere alienari, nec etiam hac mente censetur taberna obligata, inferretur aliæ injuria Parentibus, quibus quodammodo hac ratione negotiatione suâ interdiceretur. Nam obligatæ censentur merces cum suâ qualitate, ut possint distrahi: per quod liberis iniqua conditio non infertur, quia hæc est natura tabernæ, ut in locum mercium distractarum, alia identidem subrogentur, quæ illarum habeant locum, & exinde censentur pignori obligatæ, l. eam tabernam 34. ff. de pign. & hypoth. Unde restringitur hypotheca ad illas merces, quæ reperiuntur apud Parentes, tempore quo oritur actio hypothecaria ad merces, vel moti judicij, Neg. p. 2. m. 2. n. 23. sed pone, quod Parens Mercator ante mortem suam, vel motum judicium merces has alienârit; in extraneum non competeteret ad illas hypothecaria. Ratio est: quia licet merces veniant in obligatione bonorum, tamen non veniunt ita, ut liberè vendi & permutari non possint, arg. d. l. 34. ff. de pign. & hypoth. Ex quibus habes magnam limitationem ad illam regulam, quod hypothecaria sequitur rem, de qua in l. 13. & 18. c. de pign. & l. 17. ff. eod. nam fallit in mercibus venalibus, quia licet illa sint hypothecata, tamen illis venditis ante ortum hypothecaria desinit competere hypothecaria ad illas; sed ad pretium redactum ex dictis mercibus, antequam sit conversum in alias res, bene dabitur hypothecaria, quia cum simus in universalibus, illud succedit loco mercium. l. 34. inf. de pignor. Neg. p. 2. m. 2. n. 24.

§. 16. E<sup>c</sup>

## §. XII.

Pari modo Argentariorum & Camporum liberi in Parentum suorum tesserris collybisticis, & nominibus acti- vis suam assequuntur hypothecam: nomen namque de- bitoris pignorari generaliter posse, jam pridem placuit *Alexandro in l. 4. C. que res pignor. obligari poss. &c.* *Dio- cletiani & Maximiniani temporibus eò quoque decur- sum est, ut cautiones debitorum pignori dentur, l. 7. C. de beredit. vel actio, vendit, sed in effectu hic nihil oppigno- ratum est liberis, nisi jus agendi, quod contra debitores suos Parentes eorum habent, non verò aliquid aliud, quod utique à personā debitoris, cuius nomen obligatum est, abire non potest, & sic liberis licentia videtur esse concessa, ut contra Parentum debitorem agere possint, qui nec quicquam prætendere posse videtur, quo istam actionem excludat, cum solvendo exceptionem contra suum creditorem sibi paret. Et ita cessat ratio Constitutionis Nov. 4. cap. 2. qua noluit facile auferre possessio- cem ejusque commodum tertio, si alia ratione creditoribus liberis possit esse prospectum. Quà verò actione Pa- rentum nomina liberi prosequantur in aprico non est. Mittamus nos diversa, pro diversitate locorum, Cambij jura, quæ aliquo modo *Strub. Exerc. 25. 1b. 44. & 45.* atti- git, & in terminis obligationis non qualificatæ manendo, diversam Doctorum sententiam scrutemur.*

## §. XIII.

*Bachovius Tr. de pign. lib. 2. cap. 8. num. 2.* Veriore- dicit opinionem Doctorum, qui ad l. 18. ff. de pign. act. Utilem actionem personalem competere putant, quæ pro eorum opinione, ex æquitate & rescriptis Principum accom-

accommodatur, qui nomen venditum, donatum, legatum aut in solutū acceperunt, l. 5. & 8. C. de heredit. vend. l. 18. C. de leg. l. 16. pr. de Paet. Etenim quā ratione nominis venditio admissa fuerit, ita ut emptori utiles actiones darentur in debitorem: eadem quoque ut pignorari possit nomen, admissa suisse videtur, ut ejusdem generis Actio daretur Creditori; idque bene confirmatur ex l. 2. C. quand. Fisc. vel pri. quā probat: Quod qui obtinuit in judicio, possit contra ejus, qui succubuit, debitores agere, & nimisrum quod subintelligendum est, actione utili, tanquam ex causā pignoris judicialis. Et præterea nihil est, quod hic persequatur hypothecaria, quā eō tendit, ut aliquid restituatur, & res pignorata in Creditorem transferatur, quod hic fieri nequit: atquin exigere à debitore pecuniam, quod intendit hæc actio utilis, personalis actionis effectus est. Contrariantum sententia, qui Actionem utilem hypothecariam hīc esse statuunt, æquali pondere & autoritate libratur: cùm utique ex jure pignoris competat hæc actio; quod pluribus ostendit, Bacov. d. Tr. lib. 3. cap. 17. num. 5. ita ut utraque sententia ex mente illius probabiliter defendi possit. Quid si activo Parentum nomini fidejussor, & pro securitate illius quoque hypotheca in scriptis intervenerit; salvo ordinis beneficio hanc quoque hypothecam liberis suppositam statuimus.

## §. XIV.

Notamus præterea hīc, quōd si vivis Parentibus hypothecaria nostra instituatur, illa quoque in bonis emphyteuticis locum habeat. Nec obstat, quōd prohibita alienari non veniant in obligatione bonorum, & per l.

G

fin.

*fin. C. de jur. Emphyteut.* prohibeatur jus emphyteuticum sine consensu Domini in aliud transferri. Nam & simplex locatio dicitur translatio in *l. fin. §. 3. vers. transtu-*  
*lerit C. de bon. autor. judic. poss.* ideoque non sumus in  
 regula, quod res prohibita alienari, non possit obligari.  
 Pluribus respondet *Negus part. 2. m. 2. n. 30. & seq.* De-  
 niique secundum jus Saxonum, ex fructibus nec non  
 pretio feudi illis, qui tacitam hypothecam alias juxta jus  
 Civile habent, satisfit, quando scilicet vivo Vafallo debi-  
 tore, exsecutio in feudum est facta. *Struv. Synt. J.F. cap.*  
*14. lb. 27. in fo.*

## C. XV.

A communi juris regula exorbitans casus est in  
*l. 6. §. 2. C. de secund. nupt.* Ubi Imperatores Leo & An-  
*themiūs*, in securitatem lucorum nupcialium, & quæ ma-  
 ter ad secunda vota transiens liberis servare tenetur, o-  
 mnia matris bona non solùm, verùm etiam ipsa lucra,  
 & quæ liberis servanda sunt, voluerunt esse hypothecata;  
 cum tamen *l. 45. de R. f.* pignus rei suæ consistere sim-  
 pliciter negetur, & absurdum videatur, ut Dominus agat hypothecarià super re propriā, cum in hac actione  
 probandum sit, rem fuisse in bonis debitoris, id est, ma-  
 tris. Ut hæc contradictionem videantur impicare, Sen-  
 tentia eorum, qui secundum diversas Dominij species  
 duos Dominos in solidum dari posse, docent, in jure  
 fundata est, & ad questionem hanc, an res propria pi-  
 gnus esse possit in aliis casibus, v. g. in dote, Emphy-  
 teusi &c, benè applicabilis: sed an hæc distinctio casui no-  
 stro utiliter accommodari possit, valde dubito. *Salicetus*  
 ait, per explicationem diversam Accursij violari literam:

Ipse

Ipse cum quibusdam admittit, idē concurrere domini-  
um cum jure pignoris, quoniam liberi non habent do-  
minium plenum, manente quippe usu fructu apud ma-  
trem. Sed sane Domino directo, v.g. rem Emphyteuti-  
cam pignori esse posse, dubium non est, cum Emphyteu-  
ta jus plenissimum in re habeat, & actionem quoque in  
rem ipsam. At admittendum hoc minimè arbitror in  
usu fructu, ut quoniam hic penes alium est, res hypo-  
thecæ obligata esse Domino possit, cum ususfructus tan-  
tum servitus & jus sit, quod non impedit, quod minus res  
integra dicatur proprietarij. l. 25. pr. ff. de V. S. Itaque,  
Bachov. d. Tr. lib. 2. cap. 14. putat, rectius fortassis id fie-  
ri, aut propter Juris veteris vestigia & reliquias, quo  
parentum superstitum erant illa bona; vel quoniam do-  
minium fictione juris tantum, & mērē civiliter in libe-  
ros transit. Quod si de parente intelligatur, juris regulis  
consentaneum est; sed de matre id asserere mihi non  
confido, pluribus in Cap. seq. de hypotheca liberorum  
in bonis Maternis hac de materia acturus.

## CAPUT II.

Unde & quare Liberis in bonis Parentum hypo-  
theca Legalis competit?

## §. I.

**D**um ratione peculij, quod Parentes admini-  
strant, ejusvè usum fructum habent, liberis  
legalem hypothecam superiori cap. 1. §. 10.  
seqq. statuimus; opera pretium foret, na-  
turam

turam peculiorum occasione materia hic simul pererat : verum cum non de peculio, sed de securitate peculij nobis quæstio sit ; Lectorem benevolum ad Molinam de J. & f. disp. 230. cum seqq. & Struvij Snt. J. C. §. 20. Tb. 58. fusiis de peculio tractantes , remittimus ; pauca tantum de peculij adventitij nomine & origine , propter quod hypotheca legalis in bonis parentum libetis indubitate competit, hic præmissuri.

## §. II.

Peculio adventitio nomen dedisse videntur filii per dotem , quam Jurisprudentes distinxerunt in Profectitiam , quæ à mulieris patre, atque alio in linea paternâ ascendeat, licet mulierem in potestate non habeat , profecta est, l.s. §. 2. ff. de J. D. non enim Jus patriæ potestatis, sed parentis nomen dotem profectitiam facit, ita demum , si ut parens dederit , d. l. s. §. 11. quod enim mei intuitu datur, id à me datum videtur , l. 6. ff. de Col. lat. l. 10. §. 6. ff. de vulg. & pupill. subſt. & adventitiam , quæ à matre mulieris, vel avo materno , aut quovis alio præterquam à Patre , vel ascidente per lineam paternam , data est, d. l. s. §. 11. inf. l. 6. C. eod. l. un. §. accedit ei. C. d. R. U. A. Utque hoc modo filii proprium quid , quod adventitium vocabatur , habuerunt ; ita & posthac filij peculium , quod proprium iis erat , adventitium appellarunt.

## §. III.

Ubi amplectenda foret Doctorum opinio , quæ erudimur , peculium adventitium & quæ ac profectitium ante Justinianum regulariter in totum & plenariò patri fuisse acquisitum , Bachou de pign. lib. 1. c. 9. n. 9. nisi referente

rente Papiniano libro quæst. XI. jam *Hadrianus Junij Cœrealis hereditatem filio suo Junio restituere, rogati, in fraudem fideicommissi facta reprobasset, & hereditatem filio restitui jussisset*, ita, ne quid pater in eâ pecuniâ, quamdiu filius ejus viveret, juris haberet. l. 50. ff. ad *SCium Trebell. Trajanus quoque Patrem, qui filium contra pietatem malè afficiebat, non secus ac Antoninus Sabinus servis per Ælium Martianum prospexit, §. 2. de his qui sui vel alien. jur. tut. emancipare eum coegerit, & propter hanc solvendæ pietatis necessitatem, consilio Neracij Prisci, affectata bonorum possesso ipsi denegata est, l. 5. ff. si à parent. quis manumiss. fuer. Sic & *Ulpianus libr. 4. Fideicommiss. tradit, Patrem fiduciarium heredem institutum à filio fideicommissario herede, in cuius invidiam suspectam dicit hereditatem, quamvis contra obsequium Patri debitum videatur; per Prætorem cogi posse, ut adeat & restituat hereditatem, l. 16. §. 11.* & 12. ff. ad *SCium Trebell. addatur l. 52. de acquirend. hered. Ecce unam filiorum familias, quæ nec castrensis nec quasi castrensis peculij jure censemur, bonorum conditionem.**

## §. IV.

Materna quod attinet, ista, quoad plenam proprietatem olim patri quæsita fuisse, dubium non est. *Constantinus Magnus per l. 1. C. de bon. mater. novum Justinis constituit, quod Imperatores Arcadius & Honorius l. 2. C. cod. extenderunt ad bona, per lineam maternam, v. g. avo quæsita. Theodosius & Valentinianus lucra nuptialis addiderunt, ut quicquid Uxor Marito non emancipato, vel Maritus uxori in potestate patriæ quocunque jure*

vel titulo contulisset, hoc nullatenus patri acquireretur.  
*Leo & Anthemius Imp.* ad bona, ex matrimonio ab uxore vel marito per filium aut filiam familias quæsita, hoc extenderunt, ut pater ob potestatem patriam usumfrumentum solum haberet, ademptâ obligandi vel alienandi licentiâ, quæ tamen à Justiniano postmodum per l. ult. §. 5. C. de bon. quæ lib. certo in casu concessa. Vid. Brunnenm. ad Tit. C. de bon. matern. Idem disposuere in l. 4. C. de bon. mar. ut eadem jura in bonis, ex donatione, Sponsalitia vel testamento Sponsæ vel contra acquisitis observarentur. Denique Justinianus in l. 6. C. de bon. quæ lib. ad summam perfectionem peculium illud adventitium perduxit, & generaliter sancivit, ut quæ filii familias non à bonis paternis, sed aliunde, v. g. proprio labore, vel ex liberalitate alterius obvenirent, ea sibi acquirerent, quoad proprietatem, salvo patri usufructu. Ratio datur ibidem. Si etenim parenti nihil derogabitur, usumfructum rerum possidenti; & filii non lugebunt, quæ ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda, aspicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres suos, quod etiam gravius multi effe videtur. Et c. latè Pinell. ad l. 6. C. de bon. quæ lib. & ita Adventitium peculium per partes suam obtinuit firmitatem & augmentum.

## §. V.

Ut non tantum pater accepta ab uxore, & alias ex lucris nuptialibus quæsita, servare liberis prioris matrimonij teneatur, sed & pro his servandis hypothecam tacitam Imp. liberis dederint, de quibus in l. 8. §. ult. C. de secund. nupt. l. 12. C. Qui potior, in pignor. Quo nominatim se refert Justinianus in l. cum opereet. 6. §. ult. C. de

¶ 11. 20

C. de bon. que liber. ubi quo tempore hypothecā ista cur-  
rat & incipiatur, disponit §. 5. De muneribus baptismalibus  
quale Jus liberis competat? queritur. Et hoc adventitiū  
peculium esse, cum Molina de J. & J. Diff. 233, cense-  
mus, licet remotē & minus principaliter intuitu patris  
datum sit. Nec est qui contrarietur, ejusmodi munuscu-  
la pleno Jure ad infantem pertinere, ita ut patri nullus  
in iis ususfructus relinquatur. Et hinc si fortē à paren-  
te distrahabantur, ratione istorum hypothecam liberi in  
bonis patrum conseqyuntur, & in concursu locum ha-  
bent inter hypothecarios non ex tempore, quo expensa  
est pecunia, sed à tempore baptismi. Illūstr. D. Stryck. in  
add. ad Brunnum. *Jus Eccles.* l. 1. c. 6. m. 2. §. 13.

S. VI.

Ex hoc inferes, quādam adventitia effectu tenuis  
castrēnsum naturam induere, ita ut nullum in ijs Jus Pa-  
renti competat, v. g. si filio quid à Parentum aliquo sub  
hac conditione relinquatur, ne ususfructus ad Patrem  
perveniat, avth. Excipitur. *Cod. de bon. que lib. Nov. 117.*  
*cap. 1.* Item, si filius cum patre succedit in hereditate sui  
fratris, vel sororis, avth. Item hereditas d. i. *Nov. 118 cap.*  
*2.* si filio quid donetur ab Augusto vel Augustā, l. pen...  
*de bon. que lib. L.* cuiusmodi plura tradit *Molina de J. & J.*  
*Diff. 230.*

S. VII.

Castrēnse peculium quid sit, vide *DD. in tit. 37. lib.*  
*11. C.* Anverò bona, quæ filius suā industriā ex bonis Pa-  
rentum lucratur, ad perfectiū vel adventitiū pecu-  
lium pertineant, ita ut post obitum Patris conferri de-  
beant? nodosa quæstio est, quam resolve ex *Molina Diff.*  
*de J.*

*de J. & J. S. § Disp. 234.* Hic tantum nota, quod in bonis his, in quibus Patri nec ususfructus queritur, nec administratio legitima competit, Pater filio rationes administrationis cum restitutione residui indistinctè reddere teneatur.

## §. IIX.

*Quæres,* An hoc casu, quando Pater administratrix bona, in quibus non habet usumfructum, nec est legitimus administrator, cum indistinctè rationem administrationis cum restitutione residui reddere teneatur; pro rati administratione bona illius tacitè quoque hypothecata sint, sicut sunt hypothecata pro administratione illorum honorum, in quibus Pater habet usumfructum, & est legitimus administrator? De quo casu loquitur *I. sum oportet §. fin. d.l.* Et videtur dicendum, quod non. Nam dispositio dicti §. est exorbitans à Jure, introducendo hypothecam legalem in illo casu speciali, in quo de jure non erat introducta, ut *ff. & C.* in quibus causis pign. tac. contrabatur. Ideò non videtur extendenda ad bona, in quibus Pater legitimus administrator non est, arg. *I. si verò §. de Viro Solut. Matrim.* In contrarium tamen facit *L. pro officio 20. C. de Administr. Tutor.* & glossa ibidem, quæ textum hunc de tutori loquentem etiam ad protutorem extendit. Unde si apparet, quod Pater gesisset se pro legitimo administratore, cum tamen non esset, quatenus in illis usumfructum non habet; etiam in isto casu legalis Hypotheca introductory dici potest, sicuti quando verus & legitimus administrator est: & hypotheca hæc incipit à die inchoatæ administrationis, non autem à die malegerationis, secundum gloss. in §. fin. *I. si oportet C. de bonis qualibet.* Et hæc est communis DD. sententia,

## §. IX.

Verum Bachovius in Tr. de pignor. eam confutare  
nititur, fusè asserens, ante Justinianam liberos non omnium  
adventitiorum bonorum habuisse proprietatem, sed  
tantum Maternorum, & materni generis; & quæ Pater  
accepta ab uxore & lucris nuptialibus, & ex his quæsita  
prioris matrimonij liberis servare tenebatur, pro quibus  
ab Imperatoribus liberi s datam esse hypothecam. Ac  
postquam Justinianus in genere constituisset, ut omnium  
omnino bonorum adventitiorum proprietas liberorum  
esset & maneret, usufructu Patri reservato, noluisse Imperatorem  
liberis quoque dare hypothecam, idque ex §.  
z. d. l. cum oportet, non sine affectata veritatis specie e-  
vincere studet. At non tantum bonorum materni gene-  
ris, sed & peculij adventitij proprietatem ante Justinia-  
num liberos habuisse, sufficienter §. 3. docuimus. Et si  
magnæ tanti Doctoris autoritati autoritatem multorum  
licet opponere, Treutlerum & Hunnium in resol. tb. 4. de  
pignor. lit. A. simpliciter pro quovis usufructu bonorum  
adventitiorum liberis datam esse hypothecam, statuentes,  
defendit Negusantius Parte 3. memb. 1. num. 10. cum im-  
mensâ antiquorum turbâ ad l. Imperator. ff. ad SCium  
Trebell.

Expressâ legis dispositione liberis in bonis patris  
ratione maternorum tantum, non autem peculij adven-  
titij, simpliciter legalem hypothecam, si à parente ex fi-  
de administretur, competere, nullus nego, & Bachovio  
ex §. z. d. l. libenter concedo, Parentem ad ratiocinia de  
bonis, in quibus legitimus administrator est, & usumfru-

Etum habet, nullo modo teneri : id enim svadet summa de paternā pietate præsumptio , & de quovis patre- familias, quam leges supponunt, fides & integritas. l. 8. §. fin. ff. quod met. caus. §. 7. Inst. de nox. act. l. 7. C. de Cu- rat. furios. l. 42. §. convenient. C. de Episc. & Cler. Bal. in cap. 20. X de Tut. Si enim pater , lege ita disponente , peculii hujus usumfructum percipit ; depravata naturæ indicium esset, integræ fidei solertia & curas circa rem suam elevare.

## S. XI.

Quæ Jura in bonis, quorum dominium liberis est, hoc modo parentes habeant, docet l. ult. §. 5. C. de bou- qua liber. nam si pater ob inopiam res filiorum filij nomi- ne ritè vendiderit, vel si emptorem non invenerit, pigno- ri supposuerit ; nullo modo easdem hypothecas & venditio- nes retractandi, propter ipsam naturam & leges , que ab ipsis liberis parentes alendos imperant, licentia conceden- da est. Aliud verò si substantias liberorum parentes do- lo dissipaverint, statuendum est. Parens quidem absq; Controversia in eminentiori gradu liberorum Tutor est, sed si quid ab æquitate alienum intervenerit , l. pro- offic. 20. C. de administrat. Tutor. l. 6. §. fin. C. de bon. que- lib. ratione proprietatis bonorum omnium adventiti- orum, in quibus pater usumfructum habet, & legitimus administrator est, ratione proprietatis & reddendarum rationum ; simul fraudulenter bona, in quibus ususfru- ctus ei non competit, administraverit, à die inchoatae ad- ministrationis, non autem malefitionis hypothecam, legalem liberis competere, strenuè assertit Negusantius p. 3. m. 1. n. 10. Nec satis capio , quid Bachovius, quando

de

de bonis, quorum administratio patri non competit, legale hypothecam liberis disputat, sibi velit per limitationem, nisi pater se forte intrusus, ut Curatoris instar baberi possit; cum casus ex jure Justinianeo, quo Parenti in administratione bonorum filij impuberis nemo praesertur, vix singi possit. Culpa gradus cuivis noti sunt; sed doli, cuius actio semper famosa est, modos statuerunt subtilitatis est.

## §. XII.

Hæc pro uberiori duorum in d. l. 6. contrariantium sibi §§rum explicatione dicta sunt. Dissentient recentiores pleriq; : in adversam quoq; sententiam abit Coll. Argent. Vol. 1. p. 165. num. ii. Et haec tenus generaliter ex facto parentum in eorum bonis competentem liberis hypothecam exposuimus. Plura percunctanti, cum hodiè naturalis inter patrem & filium, praesertim emancipatum, obligatio civili vinculo corroboretur, ut, quod ex quovis contractu liberis debetur, veniam Praetoris in Judicio persequendi jus sit; titulos, in quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur, commendamus, dicturi nunc de hypothecâ legali, quæ sine facto parentis ex sola naturali obligatione descendit.

## §. XIII.

Jure autem naturali debentur liberis alimenta, propter quæ tacitam hypothecam liberis competere, docent allegati apud Negusant. part. 2. membr. 4. n. 164. Ipse tamen tenendum putat, quod nulla sit specialitas in alimentis, quia certi sunt casus, in quibus tacita hypotheca inducitur, ut in d. tit. in quibus causis, quos inter casus alimentorum non reperitur: ergo ille de jure tacitam

Hypothecam habere non censetur ; utque actiones, que  
in §. 28. Inst. Action. 28. non numeratae sunt, sunt stricti iu-  
ris, ita & hic à pari alimenta non habent jus tacita hyp-  
otheca, nisi quando sunt legata in testamento, tunc e-  
nim tacitam hypothecam habent, prout habent alia le-  
gata, l. i. C. commun. de legat.

## §. XIV.

Sed quid dicendum de legitimâ, quæ etiam liberis  
ex paternis bonis debetur Jure naturæ ? An etiam pro-  
ejus persequuntione liberi, patre scilicet mortuo, hanc ta-  
citam habent hypothecam? Quod communiter ab Inter-  
pretibus negari, cum nullibi id jure cautum reperiatur,  
tradit Negusant. d. l. Baldus tamen in Consil. 271. Rapbael  
Fulgoſius Consil. 84. dretin. Consil. 156. legitimæ de Jure debitæ  
in bonis ascendentium tacitam tribuunt hypothecam,  
hoc fundamento : Quia lex magis favet liberis in legitimi-  
mâ, quam aliis legatariis. Nam statim deducto are a-  
lienno, detrahitur legitima, & filius dicitur Creditor in sua  
legitima; Creditores autem præferuntur Legatariis, l. fin.  
§. Sin verò Creditores. C. de Jur. delibera. Cum autem  
quilibet simplex Legatarius habeat bona testatoris obli-  
gata, à fortiori bona pro legitimâ obligata esse videntur.  
Sed respondet Alexand. Vol. 3. Consil. 78. n. 5. Argumen-  
tum hoc procedere datâ terminorum paritate, quando  
scilicet filij pro legitima habent testatoris voluntatem,  
quam habent legatarij. Sed quia legitima ex dispositio-  
ne legis tantum debetur, argumentum de hypotheca  
concessa pro legato ad legitimam, quæ expressam defun-  
cti voluntatem non habet, nil evincit, hæcque ratione,  
magis faveri legato, quam legitimam, tenet Salicet. in l. 36.

G. de

*C. de inoffic. Test.* Et facit quod filius pro legitima solum  
habeat conditionem ex lege contra heredes. *Negus. d. l.*  
Secus igitur fuerit, si legitima fuerit in testamento assi-  
gnata, vel si pro supplemento legitima agatur: tunc e-  
nim pro eo meritò tacita hypotheca competit. *Berlich.*  
*P. L. concl. 67. n. 99. Philipp. Decius Consil. 235.*

## S. XV.

Notandum tamen hic est, quod Jus tacita hypothe-  
ca competit filiabus in feudis pro educatione & eloca-  
tione. Licet enim filia à successione feudorum propter  
sexus imbecillitatem aliasque rationes regulariter arcean-  
tur & excludantur, *I. Feud. I. §. 3.* de natura enim feudi  
est, ut ad masculos pertineat; & licet feudum conces-  
sum sit masculis & foeminis: masculi tamen in successio-  
ne feudi preferuntur, & foeminae non nisi deficienibus  
masculis admittuntur, *2. Feud. 30. Hart. Pistor. P. 1. quest.*  
*25. num. 2. & seq.* qui etiam in *quest. 38. num. 34.* hanc af-  
fertionem, quod filia regulariter in feudo non succe-  
dant, extendit ad hoc, ut ijs etiam legitima non debeatur,  
nisi ex feudo novo add. *Jacob. Schultes. in addit. ad Mo-*  
*destin. Pistor. P. 3. quest. 122. num. 45.* Nihilominus tamen  
feuda tacite quoque sunt obligata, ita ut filia ex iis sint e-  
ducande & elocandæ, & propterea elocatio & educatio  
inter onera feudalia refertur, *Modest. Pistor. P. 3. q. 122. ibid.*  
*Jacob. Schultes. in addit. num. 33. Sebrad. de feud. p. 8. c. 1. num.*  
*38. Vulciej. de feud. lib. 5. cap. 9. num. 57.* & hoc verum est, ut  
non solum à patre, fratre & quovis agnato vel successore  
feudi, verum etiam à Domino, si fortè ipsi feendum ape-  
riatur, filiabus de alimentis & congrua dote ex feudo sit  
subveniendum & prospiciendum, *Hart. Pistor. d. q. 37.*

D. 3.

qui

qui extendit hoc ad illum, qui neque Dominus est, neque à Vasallo defuncto causam habet, adeò ut contra tertium possessorem filiabus competit actio subsidiaria in factum. Sed hæc assertio intelligenda est eo in casu, quando filiæ ex bonis hereditarijs commodam dotem non possunt consequi, Citer. P. 1. Decis. 28. & 213. de alim. lib. 1. cap. 13. num. 122. & lib. 2. cap. 9. num. 38.

## §. XVI.

Fuit præterea Jure antiquo ex l. 2. C. de adopt. im-  
puberibus & minoribus liberis arrogatis, ne sub copulan-  
dæ adoptionis obtentu in eorum facultates, quæ diligentii  
provisione servandæ sunt, irruatur; in bonis Arrogatoris  
hypotheca legalis expressa. Parens enim adoptivus ca-  
vere debuit, quod, si intra puberratem pupillus decesse-  
rit, velit restituere ea, quæ ex bonis pupilli arrogati con-  
sequutus fuerit, illis, ad quos per ventura essent, si arro-  
gatus permanisset in suo statu, l. 18. ff. de Adopt. quæ  
etiam ex legali hac cautione non tantum restitunda ve-  
niunt, si minor aut impubes emancipetur, sed & in po-  
stremo suo judicio omnium bonorum suorum quartam,  
quam Pianam vocant, arrogator relinquere jubetur.  
d. l. 2. C. l. 8. ff. §. 3. Inst. de adopt. Treutl. Vol. 1. Diff. 1. th. 9. l.c.  
An verò omissa hac judiciali cautione, tacita hypothe-  
ca in bonis arrogatoris competierit, lege tacente meum  
non est scrutari.

## §. XVII.

Hodiè cùm in locum arrogationis successerit unio  
prolium, sic, ut quemadmodum ex J. C. adoptio est actus  
legitimus, quo qui naturâ liberi non sunt, efficiuntur per  
legem, ita & illa sit actus, nostri temporis moribus in-  
trodu-

troductus, quo Pater vel Mater, ad secundas transiens nuptias, cum Conjuge novo, de liberis suis, cum jam ante procreatis, tum postea procreandis, ut utrinque communies, tanquam ex se utroque progeniti censeantur, cum Magistratus & quorum interest, consensu, majoris concordiae causâ, ritè & pure paciscitur uniendis. Quæ uino, utjus succedendi prioris & posterioris conjugij, in Vitrici vel Novercæ vitâ functionum bonis, cum ipsorum liberis, conciliat æqualiter: ita patriæ potestatis Jus Vitrico, in personis privignorum, si minores adhuc sint, via filiationis etiam conciliat. *Bocerus Cl. I. Diff. 12. tb. 13.*

## S. XIX.

Utque pactio hæc legitima sit ratione solennium, quorum unicum si neglectum sit, unionem est efficax, nisi liberi puberes illam, quam sibi utilem fore prævident, ratam habere malint: requiritur 1. ut Parentes, unionis patrum inituri, liberis suis uniendis, si minores adhuc vel infantes sint, tutores vel curatores dari faciant. 2. Hos & ipsorum propinquiores, maximè autem à defuncti Parentis linea cognatos, in consilium adhibeant. Et 3. si videbitur hæc unio liberis profutura, vel saltem non nocitura, penitus liberorum & Parentum inter se, ex Inventario desuper confessio, bonis, certis illam pactis, cum liberorum, si puberes, consensu informent. 4. Sic informatam & instrumento desuper confessio inscriptam Magistrati suo exhibeant: 5. Qui causâ cognitâ, si placet, Actus illam publicis confirmare solet. Si vero 6. sit evidens, prioris Matrimonij liberis [quod plerumque accidit] longè majores esse facultates & substantias, quam ut enim bonis conjugum unientium conferri queant; tunc

partio

portio quædam præcipua ex Parentis defuncti bonis, libe-  
ris hisce, antequam ad divisionem cū aliis progrediantur,  
assignari consuevit, ita tamen, ut si ex errore, vel unien-  
tium dolo, prioris Conjugii alterutrius liberi lœsi sint, re-  
scissio locum habeat. Alias Jus hypothecæ tacitæ cœte-  
roquin competentis non minuitur, & expressa hac pacti-  
one major securitas in bonis unientium liberis unitis  
constituitur, ut bona parentum geminato quasi hypothe-  
cæ vinculo arctius non tantum constringantur, sed & ipsi  
legitimam, unione nimium robur suum obtinente, uni-  
tis relinquere cogantur. Rennem, m. 2. D. 44. t. b. 20. E.  
seqq. usq. ad fin.

## §. XIX.

Inter cœtera ad utilitatem liberorum ex prioribus  
nuptiis susceptorum, quibus maximè prospicere volunt  
leges, Statutum est, ut mulier, quæ transit ad secundum  
matrimonium, etiam post annum luctus amittat propri-  
etatem rerum, quas ex facultatibus prioris mariti quo-  
vis lucrativo titulo accepit, easque vel omnibus liberis  
prioris matrimonij in injuriæ solatiū, vel uni illorum, ser-  
vatâ aliis legitimâ, servare teneatur solo usufruct. penes  
illam remanente, quamdiu vixerit. I. 3. C. de secund. nupt.  
Cui consequens est, ut neque obligare neque pignori da-  
re quicquam possit. I. 5. §. Dominium. C. eod. quid de  
Jure novo obtineat, docet Nov. 2. c. 1. Nov. 22. c. 23. aveb.  
Lucrum. C. de sec. nupt. Nov. 22. c. 29, quæ legalis cautio  
durat & subsistit, etiamsi liberi jurato renuntiaverint pa-  
rentum hereditati, juxta cap. Quamvis. 2. de Patr. in 6.  
eo quod liberis ex nova causa deferantur, renuntiatio-  
nem non concernente, siquidem ea spectat hereditariam  
successio-

103 33. 68

successionem parentum, non verò quæ aliunde ex le-  
gis dispositione ad liberos prioris Conjugii perveniunt,  
quia quæ postea ipsis obveniunt, non possunt gene-  
rali istâ renuntiatione contineri, nisi ex verbis renun-  
tiationis aliud estimandum sit. Perez. ad Cod. de Sec.  
*Nupt.*

§. XX.

Quæ de muliere ex l. 6. C. de sec. nupt. dicta sunt,  
eadem & in Viro ad secundas nuptias transeunte obti-  
nent. l. 5. C. d. t. cum in utroque sit par ratio. Igi-  
tur si maritus post mortem primæ uxoris aliam ducat,  
cogitur reservare liberis primi matrimonii, quod mor-  
te Uxorū ex docte lucratus est ex pacto vel statuto, si-  
cūt & alia lucra quæ ad ipsum ab Uxore primā pérve-  
nerunt, eorumque bonorum Usufructuarius tantum  
est, ademptā potestate alienandi vel obligandi ea, d.  
l. 5. art. Uxore C. h. t. Quodsi tamen contra fecerit  
& lucra nuptialia alienaverit, datur facultas libertis pri-  
oris matrimonii ea vindicandi & eorum heredibus præ-  
ter partem, quam parens lucrari debebat in casum or-  
bitatis, sive mortis librorum Art. sed & si quis & l.  
ult. C. h. t. attamen in eo melior est conditio viri, quam  
mulieris, quod ille non teneatur præstare cautionem  
Usufructuariam sicut mulier, d. l. 6. esset enim illa fa-  
tisditionis exactio contraria reverentia paternæ, quam  
majorem liberi debent patri, cuius prudentia & circa  
liberos affectus major præsumitur. Sed tantum cau-  
tione hac usufructuariâ prospectum est liberis prioris  
Matrimonij sed & hypitheca legitimâ, quam pro securi-  
tate proprietatis, illorum lucrorum habent in bonis  
cœteris utriusque parentis d. l. 6. C. d. sec. nupt. Perez.  
n. I. h. Negus. part. 2. memb. 4. n. 20. § 21.

E

§. XXI.

Quin & liberi primi matrimonii æquè ac secundi matrimonii, ob dotem maternam in bonis parentis legalem hypothecam constitutam habent, longè autem illi hisce in solutione præferuntur, cœterisque creditoribus, tūn propter natura ordinem, ut ait *Livius L. 40.* in *Historia Philippi Macedonis* & *Justinianus historicus* in simili lib. 2. lib. 22. & lib. 34. tūn etiam propter prærogativam temporis tex. in l. 2. & 4. C. qui pot. in pign. hab. quippe priores liberi anteriorem utique hypothecam tacite in bonis paternis ob peculii commoditatem habere existimantur, quos deinde sequuntur liberi alterius matrimonii per tex. in d. l. 1. in fin. C. qui pot. in pign. de quâ liberorum primi matrimonii prærogativâ vid. *Negus*. 2. memb. 5. part. princ. num. 32. quæ tamen legalis hypotheca cum prælatio- nis Jure Vivente avo materno, à quo dos hæc perfe-cta est, non competit. Siquidem dos hæc profectitia libe- ris extantibus mortuâ filiâ ad patrem non ad liberos mu- lieris pervenit, ut eleganter ex *Bulgari sententiâ probat* *Pileus Modicensis Decis. Jur. controversial. quast. 89.* quippe hæc dos utique est conferenda, ergò non habent eam filii jure materno, sed Avito, ac proinde ipsi avo me- ritò permittenda: *fac l. dos à patre 4. C. solut. matri- mon.* & l. 40. ff. eod. nisi per pacta dotalia aliter cau- tum. d. l. 40. secus de Jure Saxonico, quæ maritus do- ctem, ceu alia mobilia lucratur. *Fachs. Diff. Jur. Civ.* & *Sax. lib. 1. diff. 34.*

Liberis etiam pro exigendâ vel repetendâ dotele- galis hypotheca in bonis parentum competit, illa da- tur in bonis Soceri, qui dotem pro elocandâ filiâ pro- misit

35. 36.


missit l.un. §.1. C.de Rei ux. atq. Bach. de Pign. l.l.c.10. Negus.  
p.2.m. 4.n.24. non tamen ipsi filia pro dote à patre ex le-  
gis dispositione debitā l.19. de Rit. nupt. l. fin. §. neque  
enim C. de dot. prom. competit, ut est communis Do-  
ctorum opinio. Hac verò Uxori pro repetenda dote  
in bonis saceri , qui jussit filium accipere U-  
xorem & dotem, vel quando ei accipienti uxorem &  
dotem consensit, vel quando coactus fuit se obligare  
pro dicta dote data filio, nam in istis casibus pater o-  
bligatur pro conservatione & restitutione dotis suz  
nurus. Negus. part. 2. memb. 4.n. 36. intelligendo tamen  
semper: quod pater consentiat filio recipienti dotem,  
aliter pater non obligaretur, etiam si sciret & con-  
sentiret filium contrahere matrimonium, nisi consen-  
tiat etiam filio recipienti dotem , & ratio est: quia  
quando pater consensit filio recipienti dotem, licet  
ex isto solo consensu de jure non videatur obligatus,  
tamen ex eo quia poterit cogi ad obligandam ideo di-  
citur obligatus. Sed licet pater consenserit matri filii  
non cogebatur propterea consentire & se obligare in  
solutione dotis facta filio; quia poterat dicere ut sibi  
dos solveretur & non filio, ne forte eam dissiparet &  
sic licet pater consentiendo simpliciter filio dotem re-  
cipienti obligetur, tamen si consentiat in matrimonio  
tantum & filius postea recipiat dotem patre inscio pa-  
ternon obligatur. Negus. d. l. add. n.29. & seqq.

§. XXIII.

Pro dote introducta legalis cautio , similiiter locum  
habet in donatione propter nuptias, ita ut privilegium  
prælationis sicut in dote , æquè in donatione propter  
nuptias obtineat , si agatur ad illam tanquam specifi-  
citer obligatam pro dote , nam isto casu potius censemur

agi pro dote , quām pro donatione propter nuptias ; si-  
quidem illa non datur solūm propter lucra nuptialia, sed  
etiam pro majori securitate dotis, *I. fin. §. sancimus. C. de-*  
*don ante nupt. Negus part. i memb. 4. n 66. J. Cti Saxonici*  
*Privilegium dotis ac dotalitium , quod succedit in locum*  
*dotis ejusquē naturam sapit , Carpz. p. 2. cap. 24. def. 2.*  
extendunt. Item & ad numera nuptialia, quæ ex Jure  
Saxonico , tempore nuptiarum illata pro dotalibus ha-  
bentur , Cui consequens est, uxorem partem dimidiām  
bonorum nuptialium unā cum bonis dotalibus reliquis  
repetentem, omnibus aliis creditoribus qui expressam  
anteriorem hypothecam non habent, præterri debere,  
*Carpz. p. 1. c. 28. def. 88. & part. 3. c. 2 def. 6.* Hæc de  
legali liberrorum hypotheca in bonis parentum pro in-  
genij modulo protulisse sufficiat , nos omnia liberis con-  
ducentia jura , quatenus inde legalis hypotheca compe-  
tit , & quomodo in foro prosequantur , eorumque con-  
traria, quæ unā dissertatione complecti vix possunt  
fusius tractare differit u , sit itaque  
conclusum

A. M. D. G.



**ULB Halle**

002 716 64X

3



S. 6.



B.I.G.



5246 1705, 2 3

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
**LEGALILIBERORUMHY-**  
**POTHECA IN BONIS PARENTUM,**  
*Quam*  
DEO TER OPT. MAXIMO  
PRÆSIDE,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
REVERENDISSIMO & ILLUSTRISSIMO DOMINO,  
DOMINO  
**PHILIPPO WILHELMO,**  
S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,  
SACRAE CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO  
& CAMERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLE-  
SIARUM MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CANO.  
NICO CAPITULARI SENIORE,  
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORIIQUE  
EFFURTENSIS PRO-PRINCIPE, &c. &c.,  
PRO-RECTORE MAGNIFICO,  
**DN. JOANNE PHILIPPO Streit / J.U.D.**  
REGIMINIS ELECTORALIS MOGUNTINI CONSILIARIO,  
& FACULT. JURID. p. t. DECANO,  
*AUTHORITATE & CONSENSU*  
MAGNIFICI & AMPLISSIMI JCOTORUM ORDINIS  
IN PERANTIQUA HIERANA,  
PRO  
*Summis in Utroque Jure HONORIBUS ac PRIVILEGIIS rite consequendis,*  
Solenni ac placide Eruditorum Disquisitioni submittit  
**HIERONYMUS MELCHIOR Schneider/ alias Weismantel/**  
Ordinis Senatorij in hac Praefecturâ Provinciali Praefectus Primarius,  
IN AUDITORIO JCOTORUM MAJORI,  
*Ad diem 27. Augusti, 1705. horis consuetis.*  
—  
ERFORDIAE, excudebat JOH. HENR. Grotsch / Acad. Typogr.

17.